

A di, ipso iure sint nulla, cassa, irrita & inania, cassa, irrita & inanes, ac nullius roboris uel momenti, ex sua autoritate cassat, irritat & annullat.

Item fuit declaratum & conclusum, qd de qualibet natione eligatur tres, qui cognoscant de causis recedere uolentium, & poenis recedentium sine licentia insigendis.

Item qd pro bono unionis non creentur noui cardinales. Et ne fraude uel dolo dicantur facti dudum cardinales aliqui, declarat factum conciliū pro non cardinalibus haberi, qui non erant cardinales publice reputati & teni in recessu eiusdem domini nostri à ciuitate Constantiensi. Quibus lectis, & approbatis per generalem synodum, Henricus de piro promotor concilij, petijt fieri à notarijs concilij & eorū quolibet, ipsius concilij nomine instrumentum & instrumenta, presentibus ibidem illustribus principibus, Friderico burgrauio Nurerbergenſi, Rodulfo duce Saxonie, comite de Suartzburg, magistro curie regis Romanorum, comite Bertholdo de Vrsinis, ambasiatoribus regis Francie, Anglie, Polonie, Noruegie, Cyprini, necnon Ioanne de uicecomitibus de Mediolano, & alijs pluribus in multitudinem copiosa.

QVINTA SESSIO.

Die sabbati sexta mensis Aprilis, anno à natiuitate domini M. CCCC. XV. indictione octaua, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Constantiensi deputata, in qua fuit serenissimus Romanorū rex presentatus in ueste Imperiali cum nobilibus suis, ministratibus sibi in insignijs. In qua sessione inter alios cardinales ibidem existentes, presidebat concilio dominus Iordanus episcopus Albanensis, cardinalis de Ursinis. Et cantabat missa de nostra per dominum Reynaldum archiepiscopum. Raueuensis. fueruntque pronunciatij articuli & constitutiones sequentes, per reuerendum dominum Andream electum Poznanensem.

al. Remesem.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, Amen. Hæc sancta synodus Constantiensis generale conciliū faciens, pro extirpatione ipsius schismatis, & unione & reformatione ecclesie dei in capite & in membris, ad laudem omnipotentis dei in spiritu sancto legitime congregata, ad consequendum facti cilijs, securius, liberius unionem & reformationem ecclesie dei, ordinat, diffinit, decernit & declarat, ut sequitur.

Supra sessi. 4.

Et primo declarat, qd ipsa in spiritu sancto legitime congregata, concilium generale faciens, & ecclesiam catholicam representans, potestatem à Christo immediate habet, cui quilibet cuiuscumque status uel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & reformationem dictæ ecclesie in capite & in membris.

Supra sessi. 4.

C Item declarat, qd quicumque cuiuscumque conditionis, statûs, dignitatis, etiam si papalis, g mandatis, statutis seu ordinationibus aut preceptis huiusmodi sacra synodi, & cuiuscumque alterius concilij generalis legitime congregati super premissis, seu ad ea pertinentibus, factis uel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ poenitentia subiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo.

Item diffinit & ordinat dicta sancta synodus, qd dominus Ioannes papa xxij. Romanam curiam & officia publica illius, uel illorum officarios de hac ciuitate Constantiensi non mutet ad alium locum seu transferat, seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum, directe uel indirecte cogat, sine deliberatione & consensu ipsius sanctæ synodi. Et si contrariū fecisset, aut faceret in futurum, aut aliquos processus seu mandata contra dictos officarios, aut alios quoscumque huic sacro concilio adherentes, etiam censure ecclesiasticas, uel alias poenas qualescumque continentes, ut ipsum sequant, fulminasset, fulminaret, seu fulminauerit, totum id sit irritum & inane, nec eisdem processibus, censuris & poenis tanquam irritis & inanibus quomodolibet obediendum fore: quinimo dicti officarij in dicta ciuitate Constantiensi suis officijs utantur, & illa exerceant libere ut prius, quodiu ipsa sancta synodus in eadem ciuitate celebrabitur.

Supra sessi. 4.

Itē or